



M V T I V S V I T E L L E S C V S

Societatis IESV Prepositus Generalis. Vnicuique, & singulis presentes litteras inspecturis salutem in eo, qui est vera salus. Non solum ratio, sed vsu etiam, atq; experientia semper ostendit, piorum hominum Sodalitates, prim sub B<sup>ma</sup> Virginis Mariæ tutela institutas magnam habere vim ad pietatem augendam, tum ob peculiarem, ac certum ipsius Dei Matris patrocinium, tum etiam proprias, quæ in his esse solent, virtutis, ac religionis exercitationes, tum deniq; ob mutuum exemplum, quod quidam valde efficaciter esse solet ad hominum animos in omnem partem facile, ac suaviter impellendos. Hanc ob causam cum Societas nra omnibus, quæ suo instituto conueniunt, rationibus proximorum salutem, ac perfectionem in spiritu iuuare, ac promouere cum Dei ope studeret, ne hanc quidem, cuius efficaciam experta est, omitendam putauit. Quare cum GREGORIO fel: rec: Pape XIII per Preb Clauium Aquaiuiam pie mem: Predecessorem nrum expositum esset Romæ in Collegio nre Societatis institutum iam pridem esse Sodalitatem Scholasticorum titulo Virginis Annuntiatæ, cuius deinceps exemplum secuta iuuentus, quæ in varijs Collegijs nrorum Scholis erudiebatur, eandem formam, easdemq; pietatis exercitationes magno suo bino arripuisset, ac promde operapretium videri, vt quo tam pium opus quotidie magis promoueretur, Pontificia aucte non solum confirmaretur, sed etiam spiritalibus beneficijs augetur. Placuit eidem GREGORIO fel: rec: Pape XIII vt erat animo ad diuinum honorem omni ex parte amplificandum promptissimo, in hac quoq; re pro ipsius Dei gloria eiusdem nri Predecessoris postulatibus annuere, idcirco Apostolicis quarto Nonas Decembris Anni M DLXXXIV. datis contestari. Primum igitur in Collegio ipso nostro Romano Primariam Congregationem ex Scholasticis nostris, siue etiam ex alijs simul fidelibus sub titulo Annuntiationis B. Virginis Mariæ Apostolica aucte erexit, & instituit, eius varias indulgentias, ac priuilegia ex Ecclesiæ thesauris liberaliter impertijt. Deinde Preposito, vel Vicario generali, quemcumq; pro tempore esse contigerit, potestatem concessit, vt in quibuscumq; alijs Societatis nre Collegijs alias eiusmodi Sodalitates ex ipsijs Scholarum Discipulis, siue etiam ex alijs simul, quos ad id pietatis studium permouisset, sub eodem titulo Annuntiationis B. Mariæ Virginis, sine vilo tamen Collegiorum, vel Ecclesiarum, ad ea pertinet, pcedendo erigere, easq; huic Romanæ, vt Primariæ, tanquam membra capiti aggregare liceat, itaut ipsdem gratijs, indulgentijs, peccatorum remissionibus, ac reliquis omnibus priuilegijs fruuantur, quibus ipsa Primaria, Quarum quidem Congregationum, tam Primariæ, quam earum, quæ ei annexæ, & subordinate sunt, idem GREGORIVS Societati nre curam ita commisit, vt ad Prepositum, vel Vicarium generalem spectet per se ipsum, vel per alium quemuis e Societate ab eo delectum ad visitandam, & ad rectam earum administrationem quacumq; Decreta condere, & quæ iam condita sunt expendere, quin etiam deinceps pro rerum, ac temporum conditione, vt in Domino iudicauerint, immutare, corrigere, & reformare, sed & postea fel: rec: SIXTUS Papa V. ipse quoq; pncipuo zelo diuini cultus augendi, & pro sua Pastoralis sollicitudine totius gregis Domini sibi crediti spiritualis salutis comparanda studio accensus, eiusdem nri Predecessoris supplicationibus benigne annuens facultatem, & literas apertas Gregorij Pontificis sui Predecessoris ita extendijt, concessitq; & indulgit, vt similiter Prepositus, seu Vicarius generalis nre Societatis pro tempore existens non solum vnã, sed etiam plures Sodalitates siue Scholasticorum tantum siue aliorum fidelium dntat, siue vtrorumq; simul, tam sub B. Mariæ Virginis Annuntiatæ, quam alia quacumq; inuocari, vel titulo in singulis Societatis nre Locis, Ecclesijs, Domibus, vel Collegijs, necnon & in Seminarijs, quæ Societatis curæ commissa sunt, aucte Apostolica erigere, instituire, illasq; sic pro tempore erectas, & institutas Primariæ Sodalitati pte aggregare, easq; Sodalitatibus sic pro tempore erectis, & aggregatis, omnes, & singulas plenarias, vel alias indulgentias, & peccatorum remissiones, vel relaxationes, necnon exemptiones, immunitates, coetenasq; facultates, indulta, & priuilegia spiritualia, & temporalia dicit Primariæ, aut alijs Sodalitatibus sic aggregatis, vel aggregandis, earumq; Sodalibus Scholasticis, vel alijs concessa, & concedenda perpetuo communicare, illasq; ita ad easdem Congregationes, earumq; Sodales etiam non Scholares indifferenter, & aequè principalitè extendere, ac etiam illis concedere, & largiri possimus, prout in diuersis literis Apostolicis eiusdem Sixti Pontificis latius explicatur. Quamobrem cum fuerit nobis in Christo dilecti Dni Prefectus, & Assistentes Congregationis Expectationis B. MARIÆ, quæ in Domo Probationis Villagarcensi nre Societatis est, suo, & reliquorum illius Sodalium nomine pro insigni eorum in Deum pietate, ac Virginem sacrosanctam deuotione a nobis petierint, tum per se ipsos, tum etiam per sincere iobis ite dilectos Dnos pte Primariæ Congregationis Romanæ Prefectum, & Assistentes, vt iuxta hanc facultatem nobis à Sede Apostolica tributam in eadem Domo Probationis Villagarcensi Congregationem vnã sub inuocatione Expectationis B. MARIÆ erigere, eamq; pte Primariæ Congregationi aggregare velimus. Nos eiusmodi pietatem non solum amplectentes, sed etiam magnopere iudantes, aucte nobis, vt supra diximus, concessa, in eadem Domo Probationis Congregationem vnã sub titulo Expectationis B. MARIÆ erigimus, eamq; Primariæ Sodalitati Romanæ coniungimus, & aggregamus, ac omnia priuilegia, indulgentias etiam plenarias, necnon & gratias alias pte Primariæ, vel alijs illi vt superius dictu est, aggregatis Congregationibus hactenus concessas, & in posterum concedendas eodem prorsus modo, quo ipsi Primariæ, & alijs Congregationibus concessæ fuerint, communicamus, & largimur. In nouine S<sup>me</sup> Trinitatis Patris, & Filij, & Sps Sancti, cuius Diuinam Maiestatem supplices oramus, vt concessionem hanc de celo ratam, & firmam habere velit, & Sodales ipsos celestium doorum accessibus auctos sibi in dies magis reddat acceptos, ac deniq; etiam eterne gloriæ compotes, suo, & B<sup>ma</sup> Virginis, cui pie & religiose seruiunt, perpetuo dignetur aspectu. In quorum fidem pntes manu nra subscriptas sigillo Societatis nre muni iussimus. Dat. Romæ Die VII. Augusti MDCXXXII.

maius Vallejus





Perg. 11

M V T V S T V I E F F E S C

P. Mica Rilekoyu agrigayen de  
la engrapayen de Villagracia a la prima  
ria de Roma.